



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,  
Commentarii**

**Sacchini, Francesco**

**Ingolstadii, 1616**

Inducit Sacrame[n]torum vsum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41515**

prælo vulgandas contenteret. Diui Pauli Epistolas. Salmeron, Canisius collectas, digestasque à Petro Lombardo (quem Magistrum vocant) Theologicas sententias explanabat. Denique ita probata est religiosa Doctorum Sapientia, ut perhonorificum de iis iudicium suum edito typis codicillo Academia publicarit, professa singularem eorum scientiam, exercitationem in omnibus disciplinis: ac postremo sanctimoniam vitæ non solum expectationi omnium, eique maximè respondere, sed etiam longe præire. Spectaculo erat sedulitas in docendo. Tractabant enim id muneris, non ut mercenariæ perfunctionem operæ, sed ut obsequium impensum Deo. Idque ipsum ceteri mirabantur, nullo eos stipendio capi, sed plane gratuitis famulari laboribus. Ad hæc, cum vita omnis omnium virtutum clara luminibus, tum eo maximè loci conspicua, in victu frugalitas hominum animos capiebat. Illud verò, ut plane rarum, ac nouum admiratione dignum rebantur, cum in assignato eis templo videbant diuinam Eucharistiam vna simul nouem, decemvè è iuventute suscipere. Tanta diuinissimi munera per id tempus erat obliuio, ut tam exigua manus proxima-

*Inducit Sa-  
cramento-  
rum usum.*

miraculo esset. Eam Canisius pusillam manum  
conflarat. Et sanè ad eum pertinet rerum Ingol-  
stadij subinde gestarum pars maxima , in quem  
pene solum tota laborū moles recidit. Nam bre-  
ui Salmeron, deinde & Iaius auocati: quorum in  
locum submissi Nicolaus Gaudanus cum alio  
Theologo, qui etiam breui abductus est: cumque  
ageretur de Gaudano quoque valetudinis causa  
amouēdo, ac solus relinqueretur Canisius, is eam  
solitudinem, tametsi, pro eo quantum amabat  
sociorum consortium, dulcemq; coniuctum,  
perægre ferebat ; tamen more suo cetera omnia  
suppleri, compensariq; gaudia putabat obediens  
di virtute. Itaq; se contentum fore profitebatur,  
atque adeò consolatione plenissimum, quamuis  
propter sua peccata solus vieturus esset in ea steri-  
li (talis tum vitiō temporum videbatur) ac spi-  
nosa terra : quod ex quocunque loco, in quo vel-  
let Præpositus in hac breui peregrinatione viuere  
eum, ac mori , factura esset sancta obedientia Pa-  
radisum. Nihil igitur mirum , si tam coniunctus  
per suos Præsides cum Præpotente Domino ad-  
minister, inde vires ducens, & aptè motum exci-  
piens, tanto successu quicquid aggrederetur, effe-  
ctum daret.

G 3

Ergo

*In obedientia  
habet omnia.*